



Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

Sfondrati, Celestino

[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.

40. Tertium Breve S. D. N. Innocentij Papæ ad Episcopum Apamensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38277

qui dignam hanc causam esse censebant, quæ hujusmodi
penis sustineretur, præsertim cum non minor Episcopis
obligatio incumbat, libertates ac jura Ecclesiæ, quam fidei
dogmata propugnandi, id quod solidè Auctor sermonis
ostendit, quem dignum censui, ut Dominationi Vestrae à
me transmitteretur.

Non permittit Epistolæ brevitas, ut omnia pertexam,
quæ de hac materia dici possunt, quæque libenter adjun-
gam, si modò intelligam id Dominationi Vestrae placere,
ac tempus suppetere ea perlegendi. Nunc finem Epistolæ
impono, & Dominationem Vestram ardentissimè obte-
stor, dignetur in memoriam revocare, se & Regij Mini-
stri, & hominis Christiani personam agere, atque ut prima
obligationem imponit, ne quidquam de juribus ad Coro-
nam spectantibus dilabi permittat, ita quoque secunda, ne
illa in Ecclesiæ præjudicium extendi patiatur; alioqui pe-
riculum esset, cœlestem Benedictionem impeditum iri,
quam alioqui sibi suæque illustri familie Dominatio Ve-
stra tam multis egregijsque operibus promerita est.

Apamijs 4. Sept. 1679.

*Humillimus & Obsequemissimus
Servus
Franciscus Episcopus Apamensis.*

Documentum XL.

Tertium Breve Sanctissimi D.N. INNOCENTIJ XI.
ad Illustrissimum & Reverendissimum Episcopum
Apamensem.

Tt 3

Vene-

336 Dissert. I. § VIII. Documenta ex Gallico

Venerabili Fratri Francisco Episcopo Apamieni
INNOCENTIUS Papa XI.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedic-
tionem. Perlegimus litteras Fraternitatis tuae, in qui-
bus afflictum Apamensis Ecclesiæ statum, & tuum pro-
pterè dolorem Nobis ob oculos ponis; qua de re, Pasto-
ralem zelum, & solicitudinem magnopere commenda-
mus, & eodem tecum sensu affecti, non cessamus à Patre
misericordiarum, pro muneri Nostri debito, postulare,
ut pristinam Ecclesiæ isti tranquillitatem, dignitatēque
restituat, ac Nobis lumen ad ea decernenda, exequendāq;
suppediter, quæ cum tuæ, tum universæ Ecclesiæ rationi-
bus expedire videbuntur. Reliqua ab eo cognosces, qui
tuas Nobis litteras reddidit; téque, atque invictam Episco-
palis roboris constantiam, quâ cæteris prælues, intimo
charitatis affectu in Domino complectentes, Fraterniati
tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impetrurus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anno Pi-
scatoris. Die x. Decembris 1679. Pontificatus Nostri anno IV.

Marius Spinula.

Documentum XLI.

Constitutio Ejusdem Illustrissimi Episcopi
Apamensis.

7. Febr. 1680.

Franciscus miseratione Divinâ Episcopus Apamens. &c.
Constitutiones à nobis nuper promulgatae, quibus pro-
eul arcebamus, qui in Dioceesi nostra Regalia obtenu-
Beneftia quædam impetraverunt (cùm tamen constet, præ-
fatam.